

multi sunt, qui ingrediuntur per eā. ] Duae uias proponit dominus: una est lara & spariosa, quæ ducit ad infernum: altera est angusta, quæ ducit ad cælum. **L**ara uia est uolupratum huius seculi, de qua dominus bene dicit, quia lara & spariosa uia est, & multi sunt qui per eam ingrediuntur. **N**ō enim est necesse ut requiratur, quia sponte errantibus offertur. **A**ngusta uia est quæ ducit ad uitam, & à paucis inuenitur, & à multis inuenta nō tenetur. **M**ulti sunt istius uia: iter aggressi, capti istius seculi delectationibus, sed de medio itinere reuertunt. **A**ngusta uia est, desiderium pergendi ad cælum. **N**unquid enim non est angusta uia, quæ ieiunando & eleemosynas faciendo, promeretur æterni regni consortium?

**FERIA QVARTA**  
 litaniarum, in uigilijs Ascensionis domini. Iohann. XVII.

**I**n illo tempore **S**ubleuatis oculis Iesus in cælum, dixit: **P**ater, uenit hora, clarifica filium tuum. **E**t reliqua.

**P**otuit silenter hæc eadem uerba orationis patri filius dicere, sed orō filij, doctrina est apostolorum, necnō & eorum qui illorum exempla sequi uolunt, uel eorū scripta legere. **D**ixit: **P**ater, uenit hora. **H**ora itaq; passionis appropinquat. **clarifica filium tuum**, id est, resurrectionis gloria: præcedat humilitas passionis, ut subsequatur cito clarificatio resurrectionis. **Sequitur: vt filius tuus clarificet te.** Clarificatio patris æterna est, quæ nec auferri nec mi

5 vt deest  
 aliquid, vt  
 abundat.

qui potest. Sed hæc clarificatio ad notitiã dei patris  
 pertinet, ut resurrectionis gloria in filio peracta, inno-  
 telceret deus p̄ toto orbi, qui ante in Iudæis tantũ  
 modo notus erat. [Clarifica filium tuũ, ut filius tuus  
 clarificet te.] Quasi dixisset, resuscita me, ut innotescas  
 toti orbi per me. Sequitur: Sicut dedisti ei po-  
 testatem omnis carnis. Id est, omnis hois à parte to-  
 tũ, caro pro hoie. Hæc ait, ut ostenderet magis ac ma-  
 gis quõ clarificaturus esset patrem. Sicut ergo dedisti  
 potestatem (inquit) omnis carnis, ita clarificet te filius,  
 id est, notũ te faciat omni carni, quam dedisti ei. Sic  
 em̄ dedisti, vt omne quod dedisti ei, det eis vi-  
 tam æternam. Hæc est autẽ uita æterna, ut cognos-  
 scã te solum uerũ deum, & quem misisti Iesum Chri-  
 stum. ] Ordo uerborum est, ut te & quem misisti Ie-  
 sum Christum, cognoscant uerum deum solum. Ple-  
 na cognitio dei patris & filij & spiritus sancti, plena  
 est & pfecta & æterna uita. Perfecta uita æterna, sum-  
 ma beatitudo est. Summa beatitudo non est, nisi in ui-  
 ta æterna. Ego te clarificauisuper terrã, opus  
 consummaui, quod dedisti mihi vt faciã. Quid  
 est, quod præterito tempore posuit, clarificauis & cõ-  
 summaui, statimq; subiunxit futuri temporis uerbũ,  
 faciã, nisi quod omnia deo sunt præsentia, & in diuina  
 prædestinatione futura, quasi transacta esse credenda  
 sunt? Quod enim futurum fuit ut fieret, hoc ei quasi  
 transactum fuit. [Ego te clarificauis.] Quasi dixisset  
 Ego te clarificabo prædicationis gloria, quam in disci-  
 pulis meis toto mundo effundam, dum opus con-  
 summabo passionis meæ & resurrectionis, quod dedi-  
 disti mihi ut faciã. Et nunc me clarifica tu pa-  
 ter. Dicendo enim, te clarificauisuper terram, se autẽ

a patre apud eundē patrem postulat clarificandū mo-  
 do, pfecto utriusq; clarificationis ostendit gloriā. Ipse  
 quippe patrē clarificauit super terrā, eū gentibus pre-  
 dicādo: pater uero ipsum apud semetipsum ad suam  
 dexterā collocando. **Subiunxit: Claritate quā ha-**  
**bui priusquā mundus esset apud te. Ordo uer-**  
**borum est, quā habui apud te, priusquam mundus es-**  
**set. In hoc ualet quod ait: [Et nūc clarifica me,] hoc**  
**est, sicut tunc, ita et nūc: sicut tunc prædestinatione, ita**  
**nunc perfectione. Fac in mūdo, quod apud te fuerat**  
**ante mundum. Fac in suo tempore, quod ante omnia**  
**tempora statuisti. Cōuenit nos intelligere in hoc lo-**  
**co prædestinationem claritatis humanæ, quæ in illo**  
**est, naturæ, ex mortali immortalē apud patrem futu-**  
**raz, in hoc prædestinando factum fuisse antequā mū-**  
**ndus esset, quod in mundo etiam suo tempore fieret,**  
**sicut de nobis dixit Apostolus: Sicut elegit nos in ipso**  
**ante mundi constitutionē. Nec formidare debemus**  
**prædestinatum dicere filium dei secundū humanita-**  
**tē, q̄ in tēpore suo uenit in mundū, ante tñ omnia tpa**  
**prædestinatus est. Illud aut̄ prædestinatū fuit, q̄d nō-**  
**dū erat ut fieret, quod deus uoluit ut esset, de qua præ-**  
**destinatione Apostolus ait in epistola ad Romanos:**  
**Qui factus est ei ex semine Dauid secundū carnē, qui**  
**prædestinatus est filius dei in uirtute. Secundum hęc**  
**prædestinationem etiam clarificatus est antequā mū-**  
**ndus esset, ut esset claritas eius ex resurrectione mortu-**  
**orum apud patrem, ad cuius dexteram sedet. *Roma. 8***  
**Danifestaui nomen tuum hominibus, quos de-**  
**disti mihi de mundo. Quod ergo facturus erat p-**  
**doctores sanctos in toto orbe post gloriā resurre-**  
**ctionis & ascensionis suæ, & post spiritus sancti do-**

na, quæ in discipulis delata sunt, hoc quasi factum esse, dixit: **Tale est hoc, quale & illud, quod paulo ante dixit: [Ego te clarificaui super terram, ]** pro tempore futuro & illic & hic præteritum ponens tempus, sicut qui sciret prædestinatū esse ut id fieret: & ideo fecisse se dicens, quod erat sine ulla dubitatione facturus. Sequitur: **Tui erāt, & mibi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.** Nunc cognouerūt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperūt, & cognouerūt uere quia à te exiui, & crediderūt quia tu me misisti. ]

Quantū & hæc omnia de omnibus futuris fidelibus dici potuerint, ipsa perfecta cum adhuc essent futura, tū & hæc specialiter de discipulis dici possunt, ad quos tunc præsentia loquebatur. Quia illud quod sequitur, **Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, custodiui, et nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis,** iudæ significans, qui tradidit eum, qui unus fuit de duodecim, magis huic sensui cōuenit, ut apostolis specialiter hæc loqueretur. Deinde subiūgit: **Hunc autē ad te uenio,** cum manifestum est, eum de corporali sua dixisse præsentia. [Cum essem cum eis, ego seruabam eos, ] uelut iam cum eis præsentia non esset. Eo modo enim significare uoluit ascensionem mox futuram, de qua dicit: [Nunc autē ad te uenio. ] Iustus utiq; ad dexteram patris, inde uenturus est ad uiuos & mortuos iudicandos præsentia corporali, secundum fidei regulam, sanamq; doctrinam. Nam præsentia spiritali cum eis erat semper, & cum tota ecclesia sua in hoc mundo usq; ad consummationem seculi. Quod uero ait, ut ad superiora redeamus, [Mani-

festavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi, ]  
 non illud nomen quod deus es, sed illud nomē quod  
 pater meus es, quod manifestari non potest sine illius  
 filij manifestatione. Nam uere illud nomē quod de-  
 us est, nulli naturæ rationali incognitum omnimo-  
 dis esse putauit. Hæc est enim uita eius diuinitatis, ut  
 creaturæ rationali nō omnino incognitus possit abs-  
 condi, exceptis paucis, in quibus natura rationalis ni-  
 mium deprauata est. Propemodū omnes gentes deū  
 esse fatentur, licet diuersis erroribus agnoscere impe-  
 diantur. Quod uero in Psalmis legitur, **Notus in Iu-** *Psalm. 75*  
**dæa deus,** indicatur, quia legitimo cultu tantummo-  
 do Iudæi deum uerum cognouerunt & coluerunt. In  
 hoc uero quod pater Christi, per quem tollit peccata  
 mundi, ignotus fuit anteq̄ uenisset Christus, in mun-  
 do, nisi tantum quibus deus per spiritum sanctū pro-  
 phetia reuelauit hoc mysterium magnum & abscon-  
 ditum, hoc post aduentum eius in mundo prædica-  
 tum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assu-  
 ptum est in gloria. Quod uero addidit, [quos dedi-  
 sti mihi, ] hoc est quod paulo ante dixit, **Nemo po-** *Johan. 6*  
**test uenire ad me,** nisi pater qui misit me, traxerit eū.  
 [Quos dedisti mihi de mundo, ] hoc est, quibus gra-  
 tia per regenerationē hoc præstitit, nō quibus natura  
 per natiuitatem cōtulit. Quid est quod sequit̄, [Tui  
 erāt, & mihi eos dedisti? ] In humanitate hæc potesta-  
 tē se accepisse a patre dicit, ut eos haberet, quos pa-  
 ter elegit & prædestinauit ante constitutionem mū-  
 di, non solum pater, sed filius & spiritus sanctus, ut sit  
 unū opus sanctæ trinitatis inseparabilis & omnimo-  
 do æqualis. Sequitur: [Et sermonem tuum seruaue-  
 runt, Nunc cognouerūt, quia omnia quæ dedisti mi-

Iohan. 5

hi, abs te sunt. ] Id est, didicerunt quod nihil est in me alienū extra te, & qd quæcūq; doceo, tua sunt. Simul em̄ pater dedit oīa, cū genuit, q̄a habet & oīa, sicut in prioribus huius euēgelij ipse dñs dicit: Sicut em̄ pater habet uitā æternā in semetipso, sic dedit & filio uitā habere in semetipso, id est, genuit filiū uitam habentem in semetipso. ] Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, ] id est, intellexerunt atq; tenuerunt. Dedit eis uerba (sicut dixit) quæ dedit ei pater, sed quando illa nō foris in auribus, sed spiritaliter acceperunt, tunc uere acceperunt, quia tunc uere cognouerunt. Vere autem cognouerunt, quia uere crediderunt. Sed hæc uerba, quæ dicit filius dedisse sibi patrē, sic ad diuinitatis unitatem intelliguntur pertinere. Eo modo dedit uerba pater filio, q̄ genuit uerbum cōternum sibi. Sequitur: Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi. Hæc enim dixit, inter alia, dum oraret pro eis, quos dedit ei pater. Mundum uult modo intelligi, qui uiuunt secundum concupiscentiam mūdi, & nō sunt in ea sortiti gratiam, ut ab illo eligantur ex mundo. Non itaq; pro mūdo, sed pro eis quos pater dedit, rogare se dicit. Per hoc enim, quod eos illi pater iā dedit, factum est, ut nō pertineant ad eum mundum, pro quo non rogat. Deinde subiungit: Quia tui sunt. Neq; enim quia pater filio dedit, amisit ipse quos dedit, cum adhuc filius sequatur, ac dicat: Et mea oīa tua sunt, & tua mea. Vbi satis apparet, quomodo unigeniti filij sunt omnia quæ sunt patris. Pater hoc hoc utiq; qd etiā ipse deus est, & de patre patri est natus æqualis. Hoc enim dictum est & rationali creaturæ, quam elegit deus, & quæ subdita est patri & filio,

ut equaliter sint patris & filij. **Et clarificatus sum** (inquit) **in eis.** Nunc suam clarificationem, tanquam facta sit, dicit, cum adhuc esset futura. [Clarificatus sum in eis,] id est, per eorum prædicationē clarificatus sum in toto mundo. Et quia prædestinarum est ut fieret, certum uoluit esse quod futurum erat, ideoq; præteriti temporis uerbis usus est. **Et iam nō sum** (inquit) **in mundo, et hi in mundo sunt.** Significat horam qua transurus erat ex hoc mundo, & uerbo presentis temporis usus est pro futuro, quia quod cito erat futurum, quasi factum esset, dixit. **Quod** autem ait, [ & hi in mundo sunt, ] significat eos, ad quos loquebatur, tardius transire ex hoc mundo. Necessesse est enim ut illi remanerēt, per quos prædicaretur nomen eius sanctum in mundo. Præuidensq; quod eos mouere possit, qui audirent hæc quæ eligerent, adiecit: **Nunc autem ad te vado** ascensionis gloria, per quam eleuatus est homo super altitudinem caelorum, & omnium angelicarum potestatum dignitates, ita ut in dextera dei patris collocaretur.

## IN DIE SANCTO

Ascensionis domini Actuum. I.

**Primum quidem sermonem feci de omnibus** o Theophile, **quæ coepit Iesus facere & docere. Et reliqua.**

**L**ucas euangelista, fratres charissimi, qui unū ex quatuor euangelij scripsit, ipse etiam librum ad statū apostolorum, unde nunc presens lectio sonat, edidit: ubi & primitus de ultimo conuiuio, quod